



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XVI. Romana domus de Capogallis. De eadem materia, an scilicet, &
quando sub generationibus comprehendatur activa ipsius acquirentis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-74102

cis , potissimum stante dicta individualia auctoritate
Alexandri dicto cons.125.lib.5; ubi agit in individuo
de hac emphyteusi cum consimili forma , ac et-
iam accedit dictum aliud verbum, completa, &c.

Et nihilominus subjungebam , negari non posse
ex premissis in vicem colluctantibus versari in ambi-
guo, quod hunc parti sufficiebat adversus dominum
dictum agentem ad deviationem ex capite linea
9 seu investitura finita , quoniam sibi incumbit plene
& concludenter probare illam circumstantiam, qua
est fundamentum sua actionis, Cavalier. decis.344.nu-
mer.5. & 558. numer.1. dec.25. num.1. & seq. p. 6. reo.
Alia etiam suffragante huic partis regula lex propositione,
de qua Surd. cons.505. numer.6. Merlin. decis.
597. num.34. Toletana decimar. de Capilla 2. Martii,
14. Decembbris 1448. Verospio dec.158. & 270. par.
10. recent. & frequenter, quod reo & possessori sufficit
offulcare , ac turbidas seu dubias reddere probatio-
nes actoris, de qua propositione, ejusque declaratio-
nibus & intelligentiis habetur ex professo actum
in Romana testamento de Ceva subtit. de testamentis
& alibi.

Histamen non obstantibus, contrarium ut supra
decisum fuit, sequendo auctoritatem Pauli de Ca-
stro consil.338.lib.2. quae maiores lequaces habere vi-
detur, ut deducitur in decisione desuper edita, in qua
loquendo de ista auctoritate , comparativè ad illam
Alexandri, dicitur, quod non est discipulus super magis-
trum , quodque dicta probatio resulant a di-
numeratione personarum, seu graduum, majoris opera-
tionis esse debet.

Et reflextendo ad veritatem , mihi quamvis pro
altera parte scribenti , probabilior videbatur etiam
haec pars, quam Rota sequua est, ex eo potissimum
fundamento, de quo præfertim satis frequenter sub tit.
de fideicommissis, & alibi occasione deflimenti vel in-
terpretandi ambiguum mortuentium seu viventium
voluntatem , quod scilicet immorandum non sit in
corris & figura verborum , sed in substantia volun-
tatis , quodque in concusfo verborum prævaleat de-
bent ea, quae verisimiliter constet fuisse partium , &
qua certam ac naturalem habent significationem,
non autem ea qua ex Notariorum formulis vel phra-
sibus adjecta esse potuerint, seu quorum intellectus
& operatio ex legalibus , vel grammaticalibus regu-
lis, ac subtilitatibus magis quam ex ipso glosso & na-
turali sensu resultat ; Et idem adjectum esse illud ver-
bum ejus, seu ipsum, lequi potuit ex Notarii loquendi
formula, dictique verbi operatio resultat ex legali vel
grammaticali intelligentia, & per speciem argumenti;
Econversò autem enumeratio filiorum & nepotum
præfert hanc restrictionem in sensu naturali, potis-
simè dum id magis accedit natura emphyteusi Eccle-
siastica, nepotes regulariter non egerident; Atque in
idem facientibus iis qua habetur in dicta Roma-
na casalis veteris discurſus precedens, deferen-
di magis Capitulis quam in-
strumento.

R O M A N A

D O M U S

D E C A P O G A L L I S

P R O

C A L I M A C H I S , & C O N S O R T I B U S

C U M

P R I N C I P E P A M P H I L I O.

Casus soperitus per concordiam.

De eadem materia , An scilicet, & quando
sub generationibus comprehendatur a-
ctiva ipsius acquirentis.

S V M M A R I V M

1 F Acti series.

2 F Quod sub generationibus comprehendatur a-
ctiva.

3 De limitationibus.

4 An numeratio personarum operetur per necessitatem.

5 An in proposito detur differentia inter emphyteu-
sim Ecclesiasticam, & laicalem.

D I S C . XVI.



AJORES Principis Pamphilii con-
cesserunt cuidam Aloysio domum
controversam ad tertiam genera-
tionem masculinam pro se suis fi-
liis , & nepotibus masculinis & fe-
mininis per directam lineam descen-
dendentibus, ubi masculos haberet, si autem ad ultimam
ipsius filiarumque feminarum ac nepotum ex dictis
filiabus descendentium , ita quod tertiam genera-
tionem non excedant, Sunt haec verba praecisa concessio-
nis.

Cum autem ex Aloysio fuisse superites Laura, &
ex ista tres filii, his etiam defunctis , contraria earum
filios dictus Princeps, prætendens factum esse casum
devolutionis , judicium instituit coram A.C. Econver-
sò autem possessores prætendentes taoquam pro-
nepotes & de tercia generatione Aloysii comprehen-
sos esse sub investitura adhuc durante , me consulue-
runt.

Et pro veritate dixi , quod licet in disputativa ra-
tione, sive in aliis provinciis & editionibus , in quibus
tanta non est Rota auctoritas , non esset improba-
bile verius de jure subtinere , quod sub concessione
facta ad tertiam generationem non veniat prima genera-
ratio activa ipsius acquilentis , ut venire voluit
Bari, relatus per Bald. in auth. quas ruinas C. de Sacr. 2
San. Eccles. ex ea viva ratione, quod nemo generat se-
ipsum, ac etiam quia acquires dicitur causa & origo
generationis, non autem generatio, ut satis bene Add.
ad Alexand. cons.125.lib.5. Clarus §.emphyt. quæst.34.
Capyc. invest. feudal. in clausulis fendorum verbo n.º
ad tertiam generationem fol. 98. Menoch. cons.1122. n.
binum. 10, cumulat 23. Doctores hanc opinionem
tenen-

DE EMPHYTEUSI DISC. XVI.

41

tenentes, ac plenè & elaboratè *Altograd. cons. 12. lib. 2.* ubi alios cumulat, ac rationes expendit, etiam in causa emphyteusis Ecclesiastica, respondendo in specie ad decisiones Rota in *Affisen. emphyteusis coram Merlino 428. & 454. inter duas & in eadem coram Macchiavello dec. 355 par. 11. rec.*

Nihilominus cum Rota in dictis decisionibus, & in dicta alia ejus confirmatoria coram *Macchiavello*, ex professo contrariam opinionem pro comprehensione acquirentis firmaverit, ita ut concessio nepotes non egrediatur; id & que decisiones, utpote in Curia magistrales fuerint laepius canonizatae, ut constat ex deductis per *Add. ad dec. 199. par. 8. rec.* Hinc fatus duram & forte impossibilem provinciam dicebam assimi coram judge inferiori in Curia contrarium prætendere, ut rejecta hac opinione *Bartoli* ita canonizata, contrariam ex auctoritate Doctorum, quorum major pars est consilientum, sequi debet; Unde propter ea timendo magis malum, quam sperando bonum eventum, concordiam, eo quo possent modo consilii, prout in consilio executionem sequuntur fuit.

Et quamvis attenta etiam opinione *Bartoli*, quam Rota sequitur, illaque pro regula constituta prætendi potuisse, duxisse sensum ab eadem Rota receputum, limitatio deducita, vel ex eo quod partes intellecterint de tribus generationibus completis, ut fons revidetur illa verba. Ita quod tertiam generationem non excedant, ostendentia partium intentionem fuisse procedendi, non per ascensem, sed per non excessum, qui importat inclusionem ejus, quod est infinita, iuxta et misuram traditionem beneficistarum in regula de valore, ita ut dicta verba aequipollere videantur aliis per DD. exemplificari solitus ad tertiam generationem finitam seu completam, quo casu dictam regulam limitati ex *Bald. cons. 448 lib. 3. repetito cons. 375. lib. 4.* & alius benè firmat Rota dec. 218. p. 4. din. & admittitur apud *Merlin. dicta dec. 54.* Nihilominus in hoc dicebam tutum fundamentum constitui non posse tanquam in levi conjectura suffocata per contrariam magis urgentem resultantem à dinumeratione personarum, dum in verbis investiture supra registratis, bis dicitur cōcedi pro se, filiis, & nepotibus, qua enumeratione concurrente, cessare videtur quemque præsumptio seu conjectura, ob claram partiu voluntatem non transcendendi dictas personas, & de quo in *Bonon. disc. præcedenti.*

Tota enim ista quæstio est voluntatis, pro qua metienda attenduntur præsumptiones & conjecturæ, ita ut tam regula quam limitationes aliud non contineant nisi nudam præsumptionem, contraria veritate, vel fortioribus præsumptionibus elidibilem.

Et quamvis *Altograd. dict. consil. 12. lib. 2.* agens in specie de hoc objecto resultante ex dinumeratione personarum, cum terminis generalibus fideicommissorum portius, quam cum specialibus hujus quæstionis, ingeniose, & elaboratè probate conetur, hujusmodi sub numerationem non excludere pronepotes, utpote sub nepotum vocabulo aptos comprehendendi, Nihilominus in ea facta specie concurrebat altera efficiacior conjectura resultans ex verbo eius eu ipsius, quod exclusionem clarè importat, & tamen evam in casu quo dictum verbum concurrat, Rota tam in dicta *Affisen. coram Merlino*, quam in *Foro sempronien. seu Eugubina coram Coccino dec. 157 par. 11. & dec. 39 pag. 8. rec.* & in aliis de quibus in dicta *Bononien. seu Nonantulan. præced. disc.* firmavit præsumptionem ex dinumeratione personarum relutantem, suffocare alteram ex dicto verbo ejus vel ipsius ostentem,

Card. de Luca de Emphytensi Pars II.

quasiquod sit efficacior ac magis declarativa voluntatis partium.

Quam tamen majorem efficaciam, Ego in una *Sixtinabonorum pro Hospitali S. Spiritus Urbis* eique adhaerentibus coram euidem Hospitalis judge, in qua hæc eadem quæstio disputabatur, necessariam non esse dicebam, quia cum præsertim in Curia opinio *Bartoli* pro regula, ut scilicet sub generationibus veniat activa ipsius acquirentis, idcirco ubi allegans limitationem, eam deducere prætendit ex conjecturis, sufficit domino habenti jam intentionem fundatam in regula, conjecturalem probationem limitationis offulsa, feū dubiam reddere cum contrariis conjecturis, quamvis non efficacioribus, quia sufficit per istas eas debilitari, atque inefficaces reddi ad sufficientem limitationis probationem, ut ex non jure rei, qui in hac limitatione est actor, vincat dominus habens jam prole regulam, quæ sufficit *juxta decif. 251. coram Mantic. n. 4. Bartoli. axiom. 198.*

Et mulò magis dictæ conjecturæ parvipedendæ videntur, ubi constaret de obliteraria seu consuetudine concedentis, quod generatio activa comprehendatur sub tribus, ita ut concessio non egrediatur nepotes, ut ponderabam in dicta *Sixtina ex auctoritate Rota in dicta Forosemprenien. seu Eugubina Emphytensis 16. Junii 1636. coram Coccino decif. 377 p. 11.*

Ponderabam in praesenti causa, quatenus pertinet ad punctum questionis principalis in genere, opinionem *Bartoli* ad canonizatam per Rotam, quod temerarium esset in Curia Romana & statu Ecclesiastico, eu curiis Ecclesiasticis in universum contrarium substinet, recipiendam solum esse in emphyteusi Ecclesiastica, Tum quia tam eadem decisiones quam auctoritates in eis allegatae hos terminos percutiunt, Tum ex particulari ratione per dictas decisiones ac auctoritates in eis deductas ponderata, deficientis scilicet potestatis, quafiquid vel de jure vel de consuetudine emphyteusi Ecclesiastica non debeat nec soleat ultra tres personas concedi, idoque secundum dicendum sit in emphyteusi laicali & privata, in qualibet proceditur, cum videamus in Ecclesiastica regulariter appellatione hæredum non venire nisi illos sanguinis, in laicali vero venire etiam extraneos, aliasque plures concurrere differentias, ex quibus liquet strictius in una specie, largius autem in altera procedi, ut ex *Bald. in auth. definitio C. ad Tertull. numer. 2. observant Gabr. de iur. emphyt. conclus. 4. numer. 6. Puigin. de emphyt. tit. de contract. qu. 2. num. 7.* Atque ita videtur contrariantes opiniones posse invicem conciliari.

Et quod in hac specie emphyteusis laicalis seu private, verior haberi debeat contraria opinio, Tum quia magnam habet Doctorum auctoritatem, ut per *Menoch. & Altograd.* ubi (upr̄a probatur, Tum quia speckatis rationibus tam in sensu grammaticalí, quam naturali magis congruum est, acquirentem tanquam causam & originem generationis sub hoc vocabulo non venire, quia incongruum videtur, ut quis dicitur sui ipsius generatio, quæ tamen rationes licet suffocata videantur ab altera efficaciore resultante, vel à defecti potestatis, vel à consuetudine, ubi agitur de bonis Ecclesiæ, firmæ remanere videntur, ubi dictæ contrariae rationes non urgunt.

Attamen quia in proposita facta specie urgebat obiectum dinumerationis personarum ut supra, ac etiam quia agebatur coram judge inferiore, de facili non recedente à propositionibus per Rotam receptis, idcirco in ea fui sententia ut supra, cum hic sit punctus non alibi assumendum quam in eadem

D 3

Rota,

Rota, à qua in casu occurrentia, firmis remanentibus ejus decisionibus in casu emphyteusis Ecclesiasticae, de qua loquuntur, probabiliter hujus distinctionis canonizatio sperari posset.

B O N O N ,
E M P H Y T E U S I S
D E
G A R B E R I I S
P R O
P A M P H I L I O G A R B E R I O
C U M
J A C O B I S .

Casus decisus per Rotam pro Jacobis.

Facta concessionem alicui pro se & pluribus nepotibus ex una filia appellativis nominibus expressis, & pro altero nepote ex altera filia, An isti nepotes vocati censemantur, & succedant in capita, vel potius in stirpes, & representando quilibet eorum matrem.

S V M M A R I V M

- 1 **C**asus controversia.
- 2 **I**n emphyteusi non intrat representatio.
- 3 **A**n emphyteutica successio reguleatur iuri successioni aliorum bonorum.
- 4 **P**lures nepotes ex fratribus an succedant in stirpes vel in capita.
- 5 **D**atur distinctione plurius ad successionem vocatorum, an omnes veniant per uniam orationem, vel duas separatas.
- 6 **Q**uando dicantur due orationes vel una.
- 7 **U**nicum verbum regens plures vocationes, an & quando faciat uniam orationem.
- 8 **V**ocatio per nomina appellativa quando importet successionem omnium per capita, & numer. II.
- 9 **E**xaminantur decisiones firmantes successionem per capita.
- 10 **R**esolutio causa cum fundamentis.

D I S C . XVII.



Oncepsit Monasterium Sancti Proculi quasdam domos in perpetuam emphyteusim, cum pacto renovandi singulis 29. annis Jo. Balbo pro se & ejus filii masculis, & istis non extantibus pro filiabus innuptis & interim donec habuerit dictos filios & descendentes, pro Carolo Antonio, Scipione & Joanne Petronio filius Francisci Jacobi ex Lucretia filia & alii eorum descendantibus masculis, nec non pro Pamphilio Caroli Garberii eis Diomede altera filia, & aliis ex

enascituris masculis; Unde facta causa mortis Joannis absque filiis masculis, orta est controversia inter dictos nepotes ex filiabus, an successio eis deferretur in capita vel in stirpes, emanatisque in Civitate Bononia duabus invicem contrariis sententiis, ac devoluta causa per appellationem ad Rotam coram Vero-spolio, allumpaque praedicti puncti disputatione, sub die prima Martii 1663, prodidit resolutio Jacobis favorabilis.

In congressu autem juxta laudabilem Curia morem, ante disputationem habito pro directione causa ad instantiam Garberii successionem in stirpes prætendentis; Ego inter Advocatos junior, cui post causa patronum prius discurrendi munus incumbebat, dicebam aliquam desuper habere difficultatem ex infra deducendis motivis in decisione desuper edita contentis, non tamen punctum, ut potè broccardicum, dici posse desperatum, quin defensionem totis viribus mereri debererit.

Nullum tamen insinuabam constitui debere fundamentum in motivo representationis per sapientes de partibus insinuato, quod scilicet quilibet deberet propriam matrem seu stipitem representare; Tum quia, magis communis, ac passim recepta proposicio est, in emphyteusi non intrare representationem, ut ceteris antiquioribus allegatis habetur plene deductum per Cap. Latr. dec. 126. & Iepius firmatum etiam per Rotam præfatum dec. 121. par. 7. recen. in Urbinate, emphyteusis 7. Janu. 1647. coram Ghislerio dec. 71. par. 10. rec. Casenaten, emphyteusis 15. Martis 1652. coram Melito, dec. 230. par. II. & in aliis per addendum ad Buratt. decis. 338. in fine; Tum etiam quia constat, tam concedentem, quam acquirentem, habuisse feminas nupias dictorum vocatorum mares, ad effectum de quo agitur, pro extraneis, ac in rerum natura non extantibus, non quidem ex qualitate seu natura emphyteusis masculina, dum feminæ innuptæ quoque vocatae sunt, sed ex partium voluntate, unde propter ea dictis feminis de medio sublati, ubi etiam admittenda esset opinio volentium, successionem emphyteuticam regulandam esse ad formam intestatae successionis in quibuscumque aliis bonis, ut sensus est Croi punctualiter de ista quæstione agentis cons. 126. cum cuius auctoritate processit doctus judex de partibus, qui pro successione in stirpes ad favorem Garberii sententia verat, adhuc tamen successio deberet esse in capita.

Licer etenim apud antiquiores forenses, & nunc etiam inter moderniores Academicos ardua si quæstio pro utraque opinione habens antesignanos Azzonem & Accurritum, An successio plurius ejusdem gradus (ita ut cesseret necessitas representandi proximiorem gradum proprii parentis defecatum, ut eo mediante remotior cum proximiore concurrat) esse debet in stirpes vel in capita, unde plerique dicere consueverunt Cesarea decisione indigere, ex cumulatis per Thesaur. dec. 162. & Prat. obser. II. Nihilominus hodie in foro, & præsertim in Rota, constantes & receptissima est opinio Azzonis, ut omnes succedere debeant in capita, ut constar ex plene deductis per Buratt. & addendum decis. 352. Thesaur. & Prat. ubi supra dec. 600. p. 5. recen. & in infra allegandis decisionibus coram Merlino.

Mea igitur sententia erat, & in quam ceteri devenierunt, atque ita in disputatione scriptum fuit, insistendum esse super puncto, à quo quæstionis resolutio pendebat, quod scilicet vocatio prædictorum ex filiabus nepotum non esset per uniam orationem omnium complexivam, quo calu certum esset, omnes

æ qual.